



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Divinum De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612

Litaniæ De Nomine Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50314)

LITANIÆ
DE NOMINE
IESV.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,
Fili redemptor mundi De-
us,

Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,

Iesu Fili Dei viui,

Iesu potentissime,

Iesu fortissime,

Iesu perfectissime,

Iesu gloriosissime,

Iesu mirifice,

Iesu iucundissime,

Iesu charissime,

Iesu clarior sole,

Miserere nobis.

Iesu

NOMINE IESV. 119

E Iesu pulchrior luna,
Iesu splendidior stellis,
Iesu admirabilis,
Iesu delectabilis,
Iesu honorabilis,
Iesu humillime,
Iesu pauperrime,
Iesu mitissime,
Iesu patientissime,
Iesu obedientissime,
Iesu castissime,
Iesu amator castitatis,
Iesu amator pacis,
Iesu amor noster,
Iesu speculum vitæ,
Iesu exemplar virtutum,
Iesu decus morum,
Iesu zelator animarum,
Iesu refugium nostrum,
Iesu pater pauperum,
Iesu consolatio afflictorum,
Iesu thesaurus fidelium,
Iesu gemma pretiosa,

Miserere nobis.

Iesu

Miserere nobis.

Iesu

120 LITANIÆ DE

Iesu armarium perfectio-
nis,

Iesu bone pastor ouium,

Iesu stella maris,

Iesu lux vera,

Iesu sapientia æterna,

Iesu bonitas infinita,

Iesu gaudium Angelorum,

Iesu Rex Patriarcharum,

Iesu inspirator Propheta-
rum,

Iesu magister Apostolorum,

Iesu doctor Euāgelistarum,

Iesu fortitudo martyrum,

Iesu lumen confessorum,

Iesu sponse virginum,

Iesu corona sanctorum
omnium,

Propitius esto, Parce nobis Iesu.

Propitius esto, Exaudi nos Iesu.

Ab omni malo, Libera nos Iesu.

Ab omni periculo, Libera nos
Iesu.

Miserere nobis.

Ab

Ab

Ab

A p

A

r

Ab

r

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

r

Per

r

Ag

r

Ab ira tua,
 Ab insidijs diaboli,
 A peste, fame, & bello,
 A transgressione mandatorum
 tuorum,
 Ab incurfu omnium malorum,

Per incarnationem tuam,
 Per aduentum tuum,
 Per natiuitatem tuam,
 Per dolores tuos,
 Per flagella tua,
 Per mortem tuam,
 Per resurrectionem tuam,
 Per ascensionem tuam,
 Per gaudia tua,
 Per gloriam tuam,
 Per dulcissimam Virginem
 matrem tuam,

Per intercessionem omnium
 sanctorum,

Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Parce nobis Iesu.

F

Agnus

Liberanos Iesu.

Miserere nobis.

Iesu.

Iesu.

Iesu.

Iesu.

Ab

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Misere nobis.

Iesu Christe audi nos.

Iesu Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison!

Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos.

Ÿ. Benedic anima mea Dño.

℞. Et omnia quæ intra me sunt
nomini sancto eius.

Ÿ. Sit nomen Domini benedi-
ctum,

℞. Ex hoc nunc & vsque in secu-
lum.

Ÿ. Adiutorium nostrum in no-
mine Domini,

℞. Qui fecit cælum & terram.

Ÿ. Domine exaudi orationem
meam:

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Oremus.

OMnipotens sempiterne De-
us, dirige actus nostros in
beneplacito tuo, vt in nomine
dilecti filij tui mereamur bonis
operibus abundare.

SAncti nominis tui, Domine,
timorem pariter & amorem
fac nos habere perpetuum: quia
nunquam tua gubernatione de-
stituis, quos in soliditate tuæ di-
lectionis instituis.

DEVS virtutum, cuius est
totum quod est optimum,
insere pectoribus nostris amo-
rem tui nominis, & præsta in no-
bis religionis augmentum: vt
quæ sunt bona nutrias, ac pie-
tatis studio, quæ sunt, nutrita
custodias.

F 2

Eccle-

Ecclesiam tuam Domine miseratio continuata mundet ac muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur.

DEVS, qui gloriosissimum nomen Iesu Christi filij tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile, concede propitius; vt omnes, qui hoc nomen Iesu deuotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsentem percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti

sancti Deus, per omnia secula
seculorum, Amen.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.

LITANIÆ
DE B. VIRGINE IN
æde Lauretana dici
solitæ.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audinos.

F 3

Christe